[4] *Guaccimanni.* Famiglia nobile ravennate tuttora esistente.

[5] *Marzano* è un torrente della provincia di Ravenna che sbocca nel Lamone presso le mura di Faenza. Non trovo cenno della villa di Marzano qui ricordata.

	zircha val duc. 12 la tornadura monta. . . . . duc.	840

Beni de Veniziani posti nel teritorio de rimano[1] *e prima*

Sier domenego de vicho.

Tien un zerto conte da Rimano.	Una possession posta in la vila.... de tor.[e] 200 nel zircha con casamenti de muro e vignali val duc. 12 la tornadura monta . . . . »	2400

Sier Marco Zenigo.

Tien la Comunità da Rimano.	Una posesion posta a fiumesin de torn. 260 nel zircha val duc. 10 la torn. monta . »	2600

Beni dei zentilomeni veniziani posti nel teritorio de Faenza et prima

Missier domenego Griti.

Tien la comunita da Faenza.	Una posesion posta apreso Faenza in logho dito feleto con casa de muro e vignali asai. Costo de prima compreda senza la casa che poi fo fabricata . . . . »	530
Tien miss. Nicolò de zeno da Faenza.	Item un altra peza de tera posta in dito locho de feleto de tor. 22. Costa duc. 10 la torn. monta . . . . . . »	220

[1] Rimini.

Missier Jacomo emo.

Tien miss. vizenzo de naldo.	Un pezo de tera de torn. 14 nel zircha poste apreso la tera in locho dito la peschiera val duc. 25 la tor. monta . . . . duc.	350
Tien li eriedi de federigo de guzo da faenza.	Item un altro pezo de tera posto in teritorio de rusi[1] con tor. 20 nel zircha val duc. 15 la tor. monta . . . . »	300

Beni de zentilomeni veniziani posti in Zervia[2] *et nel suo teritorio et prima*

Missier Marcho trun.

Tien lodovicho de Sasatelo una l'altra el veschovo da Zervia.	Duo posesion poste in la vila de canpo leva con duo case de muro et una colonbara con vigne base sono in tuto tor. 230 val duc. 20 la torn. »	4600
Tien la Camera.	Item una posesion posta al porzeto de tor. 30 nel zircha val duc. 14 la torn. monta »	426
Tien zanfin e zanbatista piva da Zervia.	Item duo pezi de prado in dito locho de torn. 15 val duc. 10 la torn. monta . . . . . . »	150
Tien alguni da zervia.	Item para tre saline val. . »	250
Tieu Zuan fin dito.	Item una Casa in Zervia con bruolo murado val. . . . »	800

[1] *Russi.* Villa antichissima e Castello della provincia ravennate fra il Montone ed il Lamone, equidistante all'incirca da Ravenna e da Faenza. Il Card. d'Anglico nel 1371 vi registra 70 focolari ed il Castello allora edificato era tenuto da Guido da Polenta.

Russi, capo di Comune e di mandamento, fu insignito del titolo di città nel 1878.

[2] Cervia.

	Item do pezi de tera vachui in Zervia per fabrichar val duc.	80

Missier Marcho paradiso e missier lorenzo minio.

Tien Zuan batista piva da Zervia e fradeli.	Una posesion con un Capan et un pezo de vigna posta in fondo de S. Andrea de torn. 70 nel zircha val duc. 14 la torn. monta . . . . . . »	980
	Item un teren vacuo in Zervia per fabrichar val . . . . »	70

Missier aluvise fero.

Tien la Camera.	Una posesion posta al porzeto de torn. 50 nel zircha val duc. 12 la torn. monta . »	600
Tien alguni da Zervia.	Item para zinque saline val. »	500

Missier donado Corner.

Tien li eriedi de Cesaro de longareto da Zervia.	Una posesion posta a canpo leva de torn. 56 nel zirca in due pezi con Capan e vigna val duc. 13 la torn.ª monta . . . . »	840
Tien la Camera.	Item la mita de una Casa posta in Zervia con teren vacuo val dita ½. . . . . . »	250

Messier Zuane e missier Francesco Corner.

Tien Francesco di mazi da bologna.	Una vale con para trenta Saline et locho da farne dele altre	

	le qual da de intrada uno anno per l'altro duc. 1000 val. . . . . duc.	5000

Missier stai duodo e fradelli.

Tien franzesco lipotopo da Zervia.	Una posesion con casa de muro e vigna posto in locho dito bel veder de torn. 26 nel zircha val duc. 14 monta. . . . . »	364
Tien el dito.	Item una peza de tera posta al porzeto de torn. 13 nel zircha val duc. 12 la torn. monta. »	156
Tien el dito.	Item una posesion posta in fondo de santo andrea de torn. 42 nel zircha val duc. 13 la torn. monta . . . . »	546
Tien el dito.	Item una peza de tera dito la Corsarzine de torn. 9 nel zircha val duc. 8 la torn. monta . . . . »	72
Tien più persone da Zervia.	Item para tre e mezo Saline val. . . . . »	250

Missier daniel damolin.

Tien Sabastian da Comachio.	Una casa posta in Zervia con teren vacuo insieme val. »	160
Tien la Camera.	Item un altra Casa e botega posta in su la piaza val. »	80
Tien la dita.	Item un altra casa posta a S. Maria con suo teren val. »	60
Tien alguni da Zervia.	Item para sete Saline val . »	700
Tien alguni da Zervia.	Item una vigna de torn. 1 ½ in fondi dela strada val. »	30
Tien alguni da Zervia.	Item in dito locho pezi duo di tera de torn. 15 nel zircha val duc. 12 la torn. . . . »	187

Tien un vilan da Canuzo.	Item in la vila de Canuzo torn. 7 de tera con Casa de muro tute piantade e videgade val duc. 20 la torn. monta duc.	140
Tien queli de monte agu.	Item una posesion posta a pisignan con casa de muro de torn. 45 nel zircha in duo pezi val duc. 15 la torn. monta . . . . »	675
Tien Carlo davizan.	Item una posesion posta a la Zervara de torn. 40 nel zircha val duc. la torn. monta »	560
Tien queli da monte agu.	Item una Casa e vigna posta in la vila de Castion[1] val »	50
Tien i diti.	Item una possession in dito locho di torn. 26 nel zircha in piui pezi val duc. 16 la torn. monta. . . . . »	416
Tien i gnazi de Castion.	Item in dito locho torn. 3 de tera con un pezo de vigna val »	60
Tien i diti.	Item in dito locho torn. 1 de tera val. . . . . »	15
Tien parte queli da monte agu et parte alguni da Zervia.	Item in dito locho una posesion con casa e vigna de torn. 61 nel zircha val duc. 20 la torn. monta . . . . . . »	1210
Tien la Camera.	Item una possession posta al porzeto de torn. 57 nel zircha val duc. 12 la torn. monta . . . . »	684

Missier Moro e Missier Aluvise Caravelo.

Tien il tuto li eriedi de piero debetin da Cesena.	Una possession posta a la Zervara con casa de muro e vigna de torn. 70 nel zircha val	

[1] Villa di Castiglione di Cervia.

	duc. 18 la torn. monta duc.	1260
	Item una posesion posta al prezeto con casa de muro de torn. 80 nel zircha val duc. 14 la torn. monta . . . . »	1220
	Item una posesion posta a canpo leva con casa de muro e vigna torn. 45 nel zircha val duc. 18 la torn. monta . . »	810
	Item una posesion posta a rosan con casa de muro torn. 80 nel zirca val duc. 13 la torn. monta. . . . . »	1040
	Item una posesion posta a granaruol con casa de muro e vigna torn. 120 nel zircha val duc. 14 la torn. monta »	1440
	Item una posesion posta ala maschona con casa de muro e vigna torn. 70 nel zircha val duc. 14 nel zircha la torn. monta. . . . . »	980
	Item posesion posta Canuzedo con casa de muro e vigna con molti frutari tuta piantada e videgada de torn. 50 nel zircha val duc. 18 la torn. monta. . . . . »	900
	Item para zinque saline val. »	500
	Item case 3 in Zervia tute contigne con sui cortivi muradi val. . . . . »	800

Missier Jerolimo da Cataia Piera.

Tien il vescovo de Zervia.	Una posesion posta alla zervara con casa de muro e vigna de	

	tornadure 100 nel zircha val duc. 15 la torn. monta duc.	1500
Tien el dito.	Item in dito locho un altra posesion con casa de muro e vigna de torn. 50 nel zircha val duc. 15 la tornadura monta . . . . »	750
Tien el dito	Item nel dito loco torn. 45 de tera nel zircha val duc. 14 la torn. monta . . . . . . »	630
Tien zerti da Zervia.	Item para duo saline val . »	300
Tien don pelegrin da Comachio.	Item una casa posta in Zervia val . . . . »	100

Missier batista Crizo.

Tien franzesco de mazi da bolognia.	Una posesion posta a la maschona over a l'inferno con casa de muro e vigna de torn. 100 nel zircha val duc. 12 la torn. monta . . . . »	1200
	Item in dito locho posesion duo con case de muro torn. 230 nel zircha in tuto val duc. 12 la torn. monta . »	2760

Missier Anzolo Lolin.

Tien uno da Cesena.	Una posesion posta a la fontana de torn. 30 nel zircha con uno casamento de muro val in tuto . . . . »	250
	Item para uno de saline val. »	70

Queli di Cumani.

Tien Zuan batista piva	Saline para sete poste in duo	

da Zervia una parte e de l'altra parte un perosino.	luoghi val ducati 100 al paro monta . . . . duc.	700

Suma tuta la valuta de li beni de zentilomeni e zitadini veniziani che sono in Ravena e nel suo teritorio come in questo conto apar duc. nonontamilia siezento quaranta zinque zoè. . . . . »	90645
Suma tuta la valuta de tuti i beni de veniziani se ritrova nel teritorio de Rimano Come in questo conto apar duc. zinquemilia zoè. . . . . . »	5000
Suma la valuta de tuti i beni de zentilomeni veniziani che sono posti nel teritorio de Faenza e rusi come in questo conto apar duc. mile e quatro zento zoè. . . . . »	1400
Suma la valuta de tuti li beni de zentilomeni e zitadini veniziani posti in zervia e nel suo teritorio come in questo conto apar duc. trentaotomilia zento e sesanta zinque, zoè. . . . . »	38165

Suma tute queste quatro sopra schrite partide de i beni sopra diti posti ut supra duc. zento trenta zinque milia dusento diese non conputando li boschi pradi pascoli et vale de

	queli da Ca Zorzi e da Cha venier che valeno danari asai. . . . . duc.	135210
Tien un contadin da medola[1].	Una posesion posta a medola apreso la tera de torn. 25 nel zircha con casa de muro val duc. 20 la torn. monta . . . . »	500

Missier agustin valier.

[1] *Meldola.* Terra della provincia di Forlì. Era in antico un feudo degli Arcivescovi di Ravenna.

DOCUMENTO XVII.

—

V. *Venezia e Ravenna* pag. 265-266.

1529. 14 Novembre.

Breve Pontificium per quod summus Pontifex gratulatur cum Ill.mo Dominio de deliberatione restituendi Ravennam et Cerviam, et pollicetur restitutionem possessionum nobilium et aliorum ac omnem eius operam pro pace cum Caesare[1].

Commemoriale XXI, pag. 92.

CLEMENS PAPA VII.us

Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem. Renuntiavit nobis dilectus filius Gaspar Contarenus vester apud nos Orator Nobilitatem et dilectionem vestras decrevisse civitates nostras Ravennam et Cerviam nobis et Sedi Apostolicae restituere, quod et si pro vestra singulari prudentia et erga christianam religionem pietate vos facturos numquam dubitavimus, gratissimum tamen et valde opportunum nobis et venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus hoc tempore fuit dum in hoc conventu Bononiense praesente charissimo in christo filio nostro Carolo in Imperatorem electo, adsistentibusque omnium Christianorum Principum Oratoribus de pace universali, de rebus fidei denique de summa rerum christianorum agendum et statuendum erit. Agimus itaque gratias omnipotenti Deo a quo bona cuncta procedunt, et vobis plurimum in domino gratulamur, quod itaque Reipublicae Vestrae Spiritu Sancto cooperante, consulueritis, ut paternae nostrae erga vos charitati quae profecto nunquam defuit, addita sit facultas, atque authoritas rerum vestrarum cum Caesare componendarum. Id quod annuente Domino et perspecta ipsius Caesaris prudentia, atque incredibili erga personam nostram pietate et observantia pro-

[1] Carlo V Imperatore.

pediem perficere speramus, praesertim cum ingressi iam cum ipso Caesare in sermonem ac tractationem pacis inter vos quietisque et securitatis totius Italiae quae ut maxime belli calamitatibus afflicta ita potissimum firma ac stabili pace sublevanda est, Eum in Serenitate sua animum videamus quem cupimus. Quamobrem hortamur vos in Domino ac requirimus ut hac a Deo oblata occasione utentes toto animo in ipsam pacem incumbatis, de nostro erga vos paterno affectu, studioque universalis boni omnia vobis pollicentes. Interea vero cum hilarem datorem diligat Deus et charitas non habeat tarda molimina vestrum erit re ipsa statim perficere quod Sanctissime iam decrevistis ut intelligant universi Principes Christiani, vos civitates istas Ecclesiae non occupasse, sed potius turbulentissimis illis temporibus quibus Petri navicula fluctuabat, veluti ex naufragio a vobis recuperatas, Sereno iam coelo, atque idoneo tempore restituendas fideliter conservasse ad laudem Dei Salvatoris nostri, quem propterea placatum propitiumque rebus vestris fore non dubitamus. Quantum vero ad possessiones et praedia quae vestri cives in harum civitatum diocesibus possident, ita nos geremus, ut omnem nostram gratiam et benignitatem plane sint experturi. Quemadmodum de hiis omnibus, cum eodem oratore vestro plene collocuti sumus et ex venerabili fratre Altobello Episcopo Polensi Nuntio apud vos nostro intelligetis. Datum Bononiae sub annulo piscatoris die XIIII Novembris MDXXIX Pontificatus nostri anno VI.°

EVANGELISTA.

(A tergo.)

Dilectis filiis nobili viro Andreae Gritto Duci et dominio Venetiarum.

SINDICATI.

—

I.

1336. 9 Aprile.

A Giovanni del fu Marchesino Gisi, notaio inviato presso il Comune di Cervia, presso Ostasio da Polenta, presso il Comune di Ravenna per trattare in materia di commercio del sale.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indictione quarta die nono intrante mense Aprilis, in pleno et generali consilio Comunis Venetiarum sono campane et voce preconia more solito congregato in Palatio dicti comunis: Illustris et Magnificus Dominus Franciscus Dandulo Dei gratia dux etc. de voluntate et assensu omnium existentium in dicto Consilio, et ipsius Consilii universi, et cum eis et ipsi omnes et singuli de ipso Consilio ac ipsum consilium universum, de authoritate et consensu eiusdem domini Ducis, et cum eo nomine eorum et comunis Venetiarum fecerunt constituerunt et ordinaverunt providum et discretum Virum Joannem quondam Marchesini Egizi curie Ducalis Notarium licet absentem suum et dictorum consilii et Comunis Sindicum actorem et procuratorem, et quicquid melius esse, et valere potest et poterit specialiter ad tractandum faciendum ordinandum firmandum et complendum quancunque concordiam compositionem conventionem et pacta con nobilibus et sapientibus viris Potestate Consilio Communi et hominibus Cervie seu legitimo sindico et nuncio eorumdem, tam super modo forma et opera faciendi salem per ipsos de Cervia, quam cessandi per eos de non faciendo ipsum salem quam emendi salem eundem ab eis, pretiumque et pretia dandi et promittendi eisdem, et ad

faciendum et recipiendum super predictis et eorum occasione, et dicti salis quaslibet promissiones obbligationes et tractatus tam cum predictis, quam cum egregio et potenti viro Domino Hostasio de Polenta, ac Communi Ravene, seu eorum sindico et cum aliis quibuscunque personis cum quibus eidem sindico videbitur, cum omnibus et singulis renunciationibus penis cautelis transactionibus capitulis articulis et solemnitatibus quomodolibet opportunis et de quibus et super quibus idem sindicus fuerit in concordia cum predictis Potestate et Comuni Cervie, ac dicto domino Hostasio de Polenta, et Comuni Ravenne, seu eorum sindicis, et aliis quibuscunque personis, et generaliter ad omnia alia et singula etiam non expressa dicendum et faciendum que ipsi Dominus Dux, Consilium et Comune Venetiarum dicere et facere possĕt, si presens essĕt, etiamsi talia sint, que mandatum exigerent speciale: Dantes et concedentes eidem Sindico et procuratori suo plenum liberum et generale mandatum cum plena libera et generali administratione in predictis et quolibet predictorum. Promittentes se firmum et ratum perpetuo habituros quicquid per ipsum sindicum et procuratorem factum fuerit sub obligatione bonorum Comunis Venetiarum presentium et futurorum etc.

Actum in Ducali palatio millesimo indictione et die premissis. Presentibus sapienti Viro Domino Nicolao Cancellario, Andriolo de Firmo, Jacobello Venerio notariis Curie maioris Ducatus Venetiarum et aliis testibus vocatis et rogatis.

Ego Jacobus etc.

(Da carte 23 del Vol. I Sindicati 1329-1425. Canc. Secreta. Arch. Gen. di Venezia.)

II.

1367. 20 Ottobre.

A Bartolomeo Ursio notaio, inviato a Guido da Polenta, signore di Ravenna, per protestare e chiedere rifacimento dei danni occasionati dall' incendio della casa che la Signoria possedeva presso Primaro.

Sindicatus in personam Bartholomei Ursio Notarij ad Dominum de Ravenna pro protestatione fienda.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, indictione quinta die vigesimo mensis octobris.

Excelsus et Illustris Dominus Dominus Marcus Cornario Dei gratia dux Venetiarum etc. una cum suis Consiliis Minori Rogatorum et quadraginta ad infrascripta omnia et singula exercenda specialiter deputatis, ad sonum campane, et voce preconia congregatis, et ipsa Consilia una cum prefato domino duce umaniter et concorditer, nemine discrepante pro se et successoribus suis, ac nomine et vice comunis Venetiarum omnibus modo iure forma et causa quibus melius potuerunt fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt suum et dicti Comunis Venetiarum Sindicum procuratorem defensorem negotiorum gestorem et quicquid melius dici potest providum virum Bartholomeum Ursio Notarium et fidelem suum absentem tanquam presentem in omnibus eorum causis, litibus controversiis et querelis civilibus et criminalibus presentibus et futuris; ad agendum et defendendum libellum dandum et recipiendum ponendum, excipiendum et replicandum testes et instrumenta et iura producendum et replicandum, de calumnia et veritate dicenda iurandum et cuiuslibet alterius generis sacramentum prestandum, in causis concludendum, sententias audiendum, et consequendum, et ab eis appellandum et appellationis causam prosequendum: et specialiter ad protestandum denunciandum et

accusandum tam coram Magnifico Domino Guidone de Polenta pro Sancta Romana Ecclesia civitatis Ravene Vicario Generali, quam quolibet alio eius Locumtenente, quam etiam quocunque alio Domino, Judice, vel officiali cuiuscunque status, preeminentie et conditionis existat, et protestationem semel et pluries et quoties dicto Guidoni videbitur, tam super excessu commisso in comburrendo seu comburri faciendo domum prefati Domini Ducis et Communis Venetiarum positam apud Primarium, et expensis damnis et interesse, quam pro conservatione et indemnitate iurium et iurisdictionum dictorum Domini Ducis et Communis Venetiarum contra dictum Dominum Guidonem de Polenta, et quamlibet aliam personam: quamlibet alia ratione vel causa. Et generaliter ad omnia alia et singula dicendum procurandum et faciendum que in predictis et singulis et dependentibus et connexis et prorsus extraneis fuerint oportuna et que ipsemet Constituens facere posset, si adesset. Dantes et concedentes etc. ut supra.

Actum in Ducali palatio Venetiarum. Presentibus sapiente viro Domino Raphayno de Caresinis Cancellario Ducatus Venetiarum ac providis viris Joanne Vido, Desiderato Lucio, et Petro de XL (quadraginta) Notariis Ducatus Venetiarum testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis:

In premissorum autem fidem et evidentiam pleniorem suprascriptus Dominus Dux iussit presens Instrumentum sua bulla plumbea communiri.

Ego Bartholomeus de Gallarato Notarius et Ducatus Venetiarum scriba de mandato etc.

(Da carte 110 del Vol. I *Sindicati* 1239-1425. Canc. Segreta. Arch. Gen. di Venezia.)

III.

1435. 10 Marzo.

A Paolo Foscolo, inviato ad Ostasio da Polenta signore di Ravenna per rappresentare la Repubblica in qualità di padrino al battesimo del figlio del suddetto Signore[1].

Sindicatus in personam viri nobilis Domini Pauli Fusculo destinati in Ambassiatorem ad Magnificum dominum Ostasium de Polenta Ravenne etc. pro baptizando unum ejus filium.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate Millesimo quadringentesimo trigesimo quinto Indictione XIII^a die decimo mensis martij.

Cum magnificus et potens Dominus Ostasius de Polenta Ravenne etc. ex magnifica domina Zenevra[2] consorte sua natum[3] susceperit, et velut dominus Christianissimus intendat sanctissimo, commendabilique proposito ipsum natum suum ad Jesu Christi fidem catolicam et salubre regenerationis Lavacium pervenire, Idcirco Illustrissimus et excellentissimus princeps et dominus dominus Franciscus Foscari dei gratia inclitus venetiarum dux invitatus parte prefati magnifici domini, ut placeret eidem fieri facere vice sui sacrum baptismatis ritum et ordinem, volens se menti et voluntati predicti Magnifici domini affectu

[1] Si trova che più tardi fu deciso che la Repubblica non avrebbe tenuto più alcuno a battesimo. Vedi la copia dei Diarii del Sanudo che era alla Biblioteca Marciana e che fu portata a Vienna.

[2] *Ginevra* era figlia di Galeazzo Manfredi Signore di Faenza; bella, virtuosa e coraggiosa donna che nel 1438 seppe opporsi alla spedizione di un presidio veneto a Ravenna. Nel 1441 esulò da Ravenna a Venezia con Ostasio; con lui divise la prigionia nel castello di Treviso e poi il triste esiglio nell'isola di Candia. Tornata a Venezia, fu messa in prigione, e poi, liberata, ottenne dalla Repubblica un sussidio acciocchè non morisse di fame. (Vedi *Ravenna e Venezia* pag. 199-201).

[3] Questo figlio di Ostasio è Girolamo morto fanciullo (forse di veleno) nell'isola di Candia, ultimo della famiglia Da Polenta. (Vedi *Ravenna e Venezia* pag. 198-199).

sincerissimo conformare et suis requisitionibus satisfacere una cum suis consilijs ad infrascripta, et alia exercenda solemniter deputatis ad sonum campane et voce preconia convocatis et congregatis, et ipsa consilia una cum ipso domino duce per se et successores suos, et nomine et vice dominij et comunis Venetiarum volentes ultra inexplicabilem caritatem sinceram dilectionem ac zelum optimum quibus eidem magnifico domino prelibato Illustris dominus Dux dominium et comune Venetiarum erant et sunt cordialiter coniuncti cum sua Magnificentia spiritali nexu ligari nodo videlicet compatricij omni modo, via, jure et forma, quibus melius, et efficacius potuerunt, ac possunt, fecerunt constituerunt, creaverunt et ordinaverunt suum et dicti dominij et comunis Venetiarum sindicum et procuratorem legittimum, Nobilem et sapientem virum Paulum Fusculo honorabilem ambassiatorem suum, specialiter, et expresse ad comparendum ad presentiam prefati magnifici Domini Ostasij ad offerendum eidem vice et nomine ipsorum constituentium se promptum atque paratum, ut secundum institutiones et ritus Sancte Matris ecclesiae unda baptismatis, idem natus prefati Magnifici domini ipso quo supra nomine interveniente abluatur, Et ut ex ea et Sancto Spiritu renovatus atque renatus originalis culpe delecta macula et eterne mortis periculo declinato, ad viam salutis eterne, ac celestis regni hereditatem, hoc sacrosancto viatico dirrigatur, et ad ejus capacitatem ut filius adoptionis habilitetur, ad sepedicti baptismatis sacrum fontem suscipiendum atque tenendum Et sic devotissime facendum, et fieri facendum, et generaliter ad exequendum quascumque cerimonias, solemnitates, responsiones, orationes, abrenunciationes, promissiones, actus, institutiones et ecclesiasticas observantias, Et omnia et singula, que in predictis et circa predicta necessaria fuerint, et quomodolibet opportuna, Et que mores et ritus Sancte matris ecclesie, atque divinus cultus, in sacramento baptismatis exigunt, observant pariter atque requirunt, promittentes Illustris Dominus Dux, Dominium et comune Venetiarum constituentes prenominati, firma, rata, et grata, habere tenere, et observare quecumque per eorum Sindicum prelibatum in predicto, et circa predictum compaternitatis seu compatricij Sa-

cramentum, acta, facta, et gesta fuerint, et catholice observata. Actum Venetijs in Ducali Palatio, presentibus sapiente, et circumspectis viris, domino Francisco Bevazano honorabile Cancellario Venetiarum, Ser Johachino Trivisano, et ser Francisco dela Siega, ducalis Aule Venetiarum Secretarijs, et alijs testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis. In premissorum autem fidem et evidentiam pleniorem prefactus Illustrissimus Dominus Dux presens instrumentum sindicatus fieri mandavit et sua bulla plumbea pendente muniri.

L. S. N. Ego Nicolaus Petriani de Venetijs pubblicus imperiali autoritate et ducalis Aule Venetiarum Notarius predictis omnibus et singulis presens fui, et ea de mandato prefati Illustrissimi Domini Ducis rogatus scripsi et publicavi meque subscripsi, signumque meum apposui consuetum in fidem, robur, et testimonium omnium promissorum.

(Da carte 39 f. del Registro marcato *Sindicati* Vol. II 1427-1507. Cancelleria Segreta. Archivio Gen. di Venezia.)

IV.

1503. 9 Settembre.

A Leonardo Marcello podestà e Francesco Venier, capitano di Ravenna per autorizzarli ad accogliere sotto la Signoria della Repubblica i luoghi della Romagna.

Sindicatus in personas Nobilium Virorum Domini Leonardi Marcelli Potestatis et Francisci Venerii Capitanei Ravenne ad concludendum et sigillandum Capitula circa loca et confines in Romandiola etc.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo tertio, Indictione sexta, die vero nona mensis septembris.

Serenissimus Princeps et Excellentissimus Dominus Dominus Leonardus Lauredano Dei gratia inclitus dux Venetiarum etc. una cum suis consiliariis ordinatis pro se, et successoribus suis ac vice et nomine Illustrissimi Dominij Veneciarum sponte, libere, et ex certa scientia, animo deliberato, omni meliori modo, via iure causa et forma quibus magis melius et validius de iure fieri potuit et potest, cum interventu omnium, et singularum solemnitatum, que in eiusmodi actibus requiruntur, tam de huius Civitatis Venetiarum consuetudine, quam de iure, fecit, constituit, creavit, et solemniter ordinavit Magnificos et Generosos Viros dominum Leonardum Marcellum potestatem, et dominum Franciscum Venerium Capitaneum Ravenne honorandos Patritios Venetos suos mandatarios, procuratores, actores, factores, sindicos, et negotiorum gestores, et quemlibet eorum in solidum separate, et de per se specialiter et expresse ad tractandum praticandum promittendum, et acceptandum ad devotionem et obedientiam ipsius Incliti Dominij Veneti omnes et singulas Civitates, Terras, Castra, Oppida, Fortilitia, et loca quecunque in Romandiola, et partibus circumvicinis sita et cum eis et earum qualibet, sue cum gubernationibus, commissariis, presidentibus

castellanis, et procuratoribus earum, nec non civibus isparum publico et privato nomine contrahendum, concludendum, firmandum sigillandum et roborandum omnia et singula capitula, pacta conventiones stipulationes promissiones et privilegia, cum omnibus illis articulis, obligationibus, iuramentis, cum omnibus renunciationibus, et modis, et sub illis formis et conditionibus, prout, et sicut dictis Magnificis Sindicis et procuratoribus et cuique eorum in solidum videbitur, et placebit, et pro implemento et observatione omnium et singulorum, que dictis sindicis et procuratoribus, seu eorum altri promittere videbitur nomine et vice dicti Illustrissimi Dominij Venetiarum specialiter et generaliter obligandum ipsum Illustrissimum Dominium Venetiarum et bona sua et ad rogandum, et fieri facendum de predictis omnibus et singulis, que ipsi Sindici et procuratores convenerint, et promiserint pro ipsorum omnium et singulorum plena observatione unum et plura instrumenta cum quibuscunque promissionibus, stipulationibus, pactis, et obligationibus realibus et personalibus, atque mixtis, penarum adiectionibus, renunciationibus iuramentis clausulis et cautelis, prout et sicut dictis sindicis mandatariis ac procuratoribus, et cuique eorum melius videbitur, et placuerit; et generaliter ad omnia alia et singula dicendum faciendum contrahendum et fieri faciendum, que in predictis et circa predicta, ac dependentibus et emergentibus ab eisdem utilia necessaria et expedientia fuerint, seu quomodolibet oportuna et que ipsis sindicis et procuratoribus, seu alteri eorum separatim videbuntur, et placebunt, et que ipsemet Serenissimus Dominus Constituens facere, dicere seu fieri facere posset, si adesset, etiamsi talia forent, que mandatum exigerent speciale: Dans et concedens antedictus Inclitus Dominus Dux predictis sindicis et procuratoribus in predictis et circa predicta et quolibet predictorum ad dependentia et connexa ab eis plenum liberum et generale mandatum, ac etiam speciale, ubi exigitur; cum plena libera generali, ac speciali administratione, potestate authoritate et baylia. Promittens dictus Excellentissimus Constituens mihi notario infrascripto uti publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum quorum interest, seu poterint quomodolibet interesse, se per

petuo firma rata et grata habiturum quecunque dicti eius Sindici et procuratores, seu eorum alter separatim in predictis et circa predicta, et quodlibet predictorum duxerint facienda, et promittenda, et contra ea vel eorum aliquod ullo tempore non facere vel opponere per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa de iure vel de facto sub poena dupli totius eius, de quo fuerit contrafactum, vel in aliquo non observatum. Ratis nihilominus et firmis manentibus omnibus suprascripti sub hipoteca et obbligatione omnium et singulorum bonorum dicti Serenissimi Domini Ducis et Illustrissimi Dominij Venetiarum presentibus et futuris. In premissorum autem fidem et evidentiam pleniorem prefactus Serenissimus Dominus Dux mandavit fieri presens publicum Syndicatus Instrumentum, et bulla sua plumbea roborari.

Actum Venetiis in sala nova Collegii Ducalis Palatii: Presentibus spectabilibus viris dominis Gaspare a Vidua, Bernardino de Redaldis, et Joanne Petro Stella ducalibus Secretariis testibus ad premissa vocatis, habitis et rogatis.

Ego Thomas Friscus quondam domini Joannis David civis venetus prefati Serenissimi Principis et Excellentissimi Dominii secretarii publicus Imperiali authoritate Notarius, et Judex ordinarius premissis omnibus et singulis, dum sic agerentur et fierent interfui, et rogatus scripsi, et in publicam formam redegi, signo nostro apposito.

(Da carte 110 del Vol. II marcato *Sindicati* 1425-1507. Cancelleria Segreta. Archivio Gen. di Venezia.)

V.

1503. 9 Settembre.

A Leonardo Marcello podestà e Francesco Venier, capitano di Ravenna per autorizzarli ad accogliere sotto la Signoria della Repubblica i luoghi della Romagna.

Syndicatus in personas nobilium virorum Dominorum Leonardi Marcelli Potestatis e Francisci Venerij Capitanei Ravenne ac Christophori Mauri Provisoris in Romandiola.

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem 1503 indictione VI die vero nono mensis Septembris. Serenissimus Princeps et excellentissimus Dominus Dominus Leonardus Lauredanus Dei gratia Dux Venetiarum etc. una cum suis consilijs ordinatis pro se et successoribus suis ac vice et nomine incliti domini Venetiarum, sponte, libere, et ex certa scientia, animoque deliberato omni miliori modo etc. fecit constituit et solemniter ordinavit magnificos et generosos viros Dominos Leonardum Marcellum Potestatem et Franciscum Venerium Capitaneum Ravenne et Dominum Christophorum Mauro Provisorem in Romandiolam honorabiles Patricios Venetos suos mandatarios, procuratores, actores, factores, sindicos et negociorum gestores, et quemlibet eorum insolidum separate et de per se specialiter et expresse ad tractandum practicandum promittendum et acceptandum ad devotionem et obbedientiam ipsius incliti domini Ducis et Dominij Venetiarum omnes et singulas civitates terras castra oppida fortilicia et loca quecunque in Romandiola et portibus circumstantibus sita, et cum eis et earum qualibet seu cum gubernatoribus commissarijs presidentibus castellanis sindicis procuratoribus ac mandatarijs suis, nec non civibus ipsarum publico et privato nomine, contrahendum concludendum firmandum, et sigillandum et roborandum omnia et singula capitula pacta, conventiones, stipulationes, promissiones, et privilegia cum omnibus illis articulis obligationibus jura-

mentis et penis renunciationibus et modis et sub illis formis et condictionibus pro ut et sicut dictis magnificis dominis procuratoribus sindicis et mandatariis et cuique eorum insolidum videbitur et placebit, et pro implemento etc. Testes dominus Gaspar Dominus Georgius de Nigro, et Dominus Bernardinus Redaldus.

Ego Bernardinus de Ambrosijs q.m Domini Ioannis q.m Domini Stefani de Venetijs eorumdem serenissimi Principis et illustrissimi dominij Venetiarum Secretarii, publicus imperiali notarius et judex ordinarius nec non prefati Illustrissimi Ducalis Dominij Venetiarum Secretarius predictis omnibus et singulis dum sicut premittitur, agerentur, et fierent una cum prenominatis testibus presens fui, eaque jussu ipsius Illustrissimi Domini Ducis et Dominij Venetiarum ac Rogatus scripsi et publicavi signumque meum apposui consuetum.

(Da carte 110 (tergo) del Registro marcato *Sindicati* Vol. II, 1427-1507 Cancelleria Segreta. Archivio Gen. di Venezia.)

VI.

1503. 25 Settembre.

A Leonardo Marcello Podestà e Francesco Venier Capitano di Ravenna per autorizzarli a prender possesso della terra di Russi nella provincia di Ravenna.

Syndicatus in personas N. V. D. Leonardi Marcelli potestatis et Francisci Venerio Capitanei Ravenne ac Christophori Mauri provisoris in Romandiola ad accipiendum ad devotionem terram de Russijs.

In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo quingentesimo tercio indictione VI die vero mensis septembris XXV. Cum nuper venerit ad noticiam Serenissimi Principis et Excellentissimi Domini Domini Leonardi Lauredano Inclyti Ducis, et Illustrissimi Venetiarum Dominij Desiderium Comunis et hominum Russij veniendi ad obedientiam ipsorum Serenissimi principis et Illustrissimi Dominij vènetiarum, et ostendendi suam et devotionem erga statum veneciarum, et ijdem Serenissimus princeps et Illustrissimum Dominium qui habere pretendunt jus antiquum in terra ipsa gratum et acceptum habuerint eiuscemodi eorum Desyderium, ideo prefatus Ser.^mus Dominus Dux Venetiarum etc. una cum suis consilijs ordinatis, pro se et successoribus suis, ac vice et nomini Illustr.^mi Dominij Venetiarum, sponte etc. Constituit suos procuratores Magnificos Dominos Rectores et provisorem Ravenne, et quilibet eorum seorsum insolidum, et de per se ad tractandum practicandum promittendum et acceptandum ad devotionem et obbèdientiam ipsius inclyti Dominij Venetiarum prefatam terram de Russijs cum omnibus juribus et pertinentijs suis ac homines et cives et populum et universitatem illius, et cum ipsa, seu Gubernatore, Commissario, presidentibus, castellanis et procuratoribus suis nec non civibus ipsius contrahendum concludendum et firmandum sigillandum e roborandum omnia et singula

capitula, pacta, conventiones stipulationes, promissiones et privilegia cum omnibus illis articulis, obligationibus juramentis et penis etc. et pro implemento etc. Testes D. Gaspar a Vidua D. Georgius de Nigro, Dominus Bernardinus de redaldis Ducales Secretarios etc.

Ego Bernardinus de Ambrosijs q.[m] Domini Ioannis q.[m] D. Stephani de Venetijs eorumdem Serenissimi principis et Illustrissimi Dominij Venetiarum Secretarius publicus Imperiali auctoritate Notarius, et Iudex ordinarius etc.

(Da carte 111 del Vol. II marcato *Sindicati* 1425, 1507. Cancelleria Segreta. Arch. Generale di Venezia.)

VII.

1505. 28 Febbraio.

A Girolamo Donà inviato ad Alfonso Duca di Ferrara per negoziare il componimento delle questioni vertenti fra i sudditi veneti di Ravenna e quelli del Duca di Ferrara.

Syndicatus in personam N. V. Hieronymi Donato Doctoris pro differentijs aptandis cum Duce Ferrarie etc.

Leonardus Lauredanus Dei gratia Dux Venetiarum etc. Cum multi faciamus fidem candidissimam et exactam prudentiam Nobilis et Dilectissimi Civis nostri Hieronymi Donati Doctoris Delegati nostri, sciamusque nullam rem adeo gravem esse quam non facillime is curare et obire possit, eundem ipsum Delegatum nostrum ex certa scientia pro nobis et successoribus nostris venetoque Dominio nostro in procuratorem sijndicum Nuntium et Negociorum gestorem specialem seu quocumque alio nomine melius appellari possit Constituimus ordinamus Deputamus, et legittime Decernimus specialiter et expresse ad conveniendum cum Illustre Domino Alfonso Duce Ferrarie etc. Filio nostro Carissimo sive cum delegatis Deputatis, vel deputandis oratoribus Commissarijs et mandatarijs seu quibusvis aliis quocumque nomine nuncupentur institutis vel instituendis a predicto Illustre Domino Duce Ferrarie, etc. et cum eo vel eis agendum tractandum componendum et terminandum omnes et singulas lytes controversias seu differentias vertentes circa confinia et alia queque inter subditos nostros Ravennates ex una et subditos et Vassallos prefati Excelsi Domini Ducis ex altera, dantes et concedentes eidem syndico nostro amplissimam potestatem et facultatem vice et nominibus predictis cum ipso seu ipsis Commissarijs eiusdem Domini Ducis seu delegatis agendi tractandi, componendi, concludendi et terminandi ipsam controversias et differentias cuiusvis generis cum illis conditionibus pactis capitulis quibus inter se convenerint et concordaverint in ani-

mam quoque nostram jurandi et scripturas quaslibet faciendi ac omnia et singula agendi quilibet verus tractator procurator et syndicus facere posset quomodolibet, vel deberet; etiamsi talia forent que mandatum exigerent speciale; et que nos met ipsi cum nostro dominio facere possemus: promittentes nos firma rataque habere et tenere quecumque per dictum Syndicum, procuratorem et tractatorem gesta, acta, conclusa, promissa et firmata fuerint in predictis, et omnia, et unum quodque ipsorum integre servaturos in cuius rei testimonium has fieri jussimus, et plumbeo sigillo nostro muniri. Datum in nostro Ducali palatio die XXVIIj februarj indictione VIIIj. MDV.to

(Da carte 112 t. del Vol. II marcato *Sindicati* 1415-1507. *Cancelleria Segreta sotto la Veneta Repubblica.* Archivio Generale di Venezia.)

APPENDICE.

DEL QUATTRINO E DEL MEZZO-QUATTRINO

CONIATO DAI VENEZIANI PER RAVENNA.

Riferisco qui una lettera indirizzatami dall'egregio signor Vincenzo Padovan, ed aggiungo il documento che gentilmente mi comunicava.

Chiariss. Sig. Conte,

Giunto testè alla pag. 234 del Suo dotto e bel libro intitolato: *Delle antiche relazioni fra Venezia e Ravenna,* datomi a leggere dal mio bravo collega, nell'Archivio di Stato locale, Luigi Pasini, a cui V. S. ebbe già ad inviarlo; ed avendoci visto citato un mio vecchio lavoruzzo — poi molto ampliato — credo non Le spiacerà conoscere, per mio mezzo, come, oltre il *Quattrino* per la Sua Ravenna, da Lei recato, la Republica veneta ne coniasse anche il *mezzo* (del quale non è rimasto alcun esemplare); ed in prova il decreto qui appiedi.

La prego di accogliere benevolmente tale modesto mio atto, il quale mi porge altresì occasione di professarmi con profonda stima

di V. S. Ill.ma

ossequios. serv.
VINCENZO PADOVAN.

Venezia, il dì 29 del 1881.

mccccclij. die xviij Julii.

Cum captum sit in isto consilio quod fiant de bagatinis ad ligam nouam pro terris nostris a parte terre, Et bonum sit etiam prouidere quod fiant de quatrinis et semiquatrinis pro Rauena ad ligam et secundum monstram dictorum quatrinorum factam per massarios nostros monete argenti, et missam prouisori nostro Rauene, qui laudat, quod fiat de quatrinis predictis quia placent Ciuibus Rauene.

Vadit pars Quod massarij nostri monete argenti fieri facere debeant de *quatrinis* et *semiquatrinis* predictis ad ligam et secundum monstram per dictos massarios factam, in illa summa et quantitate, que necessaria erit pro Rauena, mittendo de illis de tempore in tempus prouisori nostro Rauene, qui teneatur et debeat dare in omnibus solutionibus et subuentionibus que fient per cameram nostram Rauene illam partem dictorum quatrinorum, que sibi videbitur, non possendo dare minus quinque pro cento, dando dictos quatrinos secundum cursum ducati, Et teneatur dictus prouisor noster sub pena ducatorum .CC. auri in suis bonis proprijs remittere de tempore in tempus nostris Gubernatoribus introituum in auro uel argento valorem dictorum quatrinorum, quos recipiet de tempore in tempus.

(Archivio di Stato in Venezia. — Senato, *Mar.*, R. I, c. 106.)

FINE.

INDICE.

SINDICATI.

Vol. I (1319-1345).

SINDICATI.

Vol. II (1435-1507).

DOCUMENTI

che furono già pubblicati nel libro *Delle antiche relazioni fra Venezia e Ravenna.*

Elenco delle collezioni esistenti in Venezia nell' Archivio Generale dei Frari e contenenti notizie relative a Ravenna.

Estratto dalle Rubriche delle deliberazioni (o Parti o Decreti) del Senato Mar. 1440-1550. *Ravenna, Cesena et Romandiola,* Volumi IX 1460 — X 1464 — XI 1478 — XII 1484 — XV 1500 — XVI 1503 — XVII 1508 — XXI 1526.

Elenco delle raccolte di documenti esistenti in Ravenna e riguardanti la storia di Venezia, nella Biblioteca Classense, nell' Archivio Comunale, ed estratto dall' Indice Generale delle pergamene esistenti nell'Archivio Arcivescovile di Ravenna.

I.

Sedici dimande fatte dai Ravennati al Senato Veneto quando esso acquistava il possesso della città. — *1441. 17 Marzo.*

(*Archivio Generale dei Frari* — Venezia.)

II.

Il Senato ordina di eleggere un Capitano *ad vetita,* e di escludere tutti i Romagnuoli dalle milizie. — *1450. Die 25 Februarii* (more veneto) *1451.*

(*Senato Mar.* Registro 4, carte 31 t. — *Arch. Gen. Venezia.*)